



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Francisci Bonaldi Societatis Iesv Theologi, Divina
Ecclesiae Oeconomia**

Bonald, François

Coloniae, 1611

X. De maxima vtilitate Confeßionis Sacramentalis, & extremæ vnctionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48916)

finem sacramentum pœnitentiæ in
sua Ecclesia Saluator noster infl
fuit.

CAPVT DECIMVM.

De maxima vtilitate confessionis
sacramentalis, & Extrema
Vnctionis.

Remedium, quod nobis ad sanand
vulnera, quæ nobis post baptis
inflicta sunt, collatum est, & nos ne
huius mundi vasto oceano submerga

*Hierõ. ep. ad Deme-
tria.
Cõc. Trid.
Sess. 14.
can. 2.* mur præseruã, est sacramentum Pœ-
nitentiæ, seu Sacramentalis confessio-
nis, quod antiqui Patres & Concil-
Trident. *secundum post naufragium*
bulam appellant, eo quod baptis
fit prima ad salutem via; pœnitenti-
altera. Huius partes, vt aiunt docto-
res, tres sunt, Contritio, Confessio
Chrylost. Satisfactio: Vera pœnitentia, inquit
Serm. de Chrylost. cogit peccatorem omnia aq-
Penit. animo perferre: Cum itaque contritio
consistat in corde, confessio in ore, humilitas
in opere: conueniens est. vt sicut Deum
Corde, ore & opere offendimus, ita eidem
contritione cordis, confessione oris, & sa-

entiz in
 ter in
 M.
 sionis
 ma
 sanand
 baptis
 nos ne
 bmerg
 um Pe
 onfessio
 Concil
 gium
 ptis
 nitent
 t docto
 fessio
 inquit
 ia aq
 ontr
 hum
 et Den
 a eiden
 & sa
 tisfa

tificatione operis satisfaciamus. Hæ au-
 tem pœnitentiæ, seu partes, seu actus,
 diuersis sacræ scripturæ locis insinuâ-
 tur: De contritione ait Ezechias: *Reco-*
gitabo tibi omnes annos meos in amari-
tudine anime mee. & Dauid, *Cor contri-*
tum & humiliatum non despicias. Sacrif-
 ficationem commendat Daniel, cum
 Nabuchodonozorē hortatur, vt pec-
 cata sua eleemosinis redimat; & Ioan-
 nes Baptista Phariseos monet, *facite*
fructus dignos pœnitentiæ. De confessio-
 ne in Actis apostolicis legimus, quod
 multi venerint ad apostolos confiten-
 tes peccata sua; & eam insinuat Iaco-
 bus cum ait, *Cōfitemini alterutrum pec-*
cata vestra. Scilicet Laici, seu sæcula-
 res sacerdotibus, quibus solis Christus
 auctoritatem absoluēdi peccata pro-
 misit, & dedit; Nam Petro ait, *Tibi da-*
bo claves regni cœlorum. Quodcunque li-
gaueris super terram erit ligatum & in
cœlis: & omnibus Apostolis loquens
 dicit, *Quodcunque solueritis super terrā*
erit solutum & in cœlis: Per vincula e-
 nim peccata intelligenda, iuxta illud
 Prophete, *Funes peccatorum circumple-*
xi sunt me; quæ tunc dissolui arbitra-
 mur,

Isai. 38.

Psal. 50.

Dan. 4.

Luc. 3.

Act. 19.

Iacob. 5.

Matt. 16.

ibid. 18.

Psal. 118

•B

mur,

Cōc. Trid. mur, cum ea sacerdos potestate sibi
sess. 14 per Deo & Christo facta peccatori con-
var. cap. to, confesso, & satisfacere parato
Chrysostr. mittit. Atq; hæc omnia à Conc. Trid.
lib. 3. de determinata sunt idque ex fundamē-
Sacerd. tis scripturarū & doctrinis patrū,
August. ximè Augustini & Chrysostrōmī,
Serm. 8. docent sacerdotes nostros non solum
de Verbis declarare peccata esse dimissa, com-
Domini. do, quo veteris testamenti sacerdos
 leprosum mundabāt; id est, ab arte-
 tura, aut miraculo mūdātū, mūdū pu-
 nunciabāt; sed de facto dimittere pe-
 cata, & peccatorem prolatione ve-
 borum sacramentalium absoluerunt.
 Notandum insuper hic venit, quod
 quando Christus dixit, *Quorumcumque*
remiseritis peccata remittuntur eis, &
 non solum sacerdotibus absoluerunt
 potestatem, dederit; verum etiam pe-
 catores ad confitendum obligauerunt.
 Ita, n. ex his verbis ratiocinatur sac-
 concilia, & Patres sancti, Si hic sacer-
 dos constituatur Iudex ut discernat
 quæ peccata dimitti possint, quæ autem
 retineri debeant, necesse est, ut officium
 suum bene exerceat omnia rei pecca-
 ta cognita habere, quod nulla com-
 modo

Ioan. 20.

Cōc. Trid.

Sess. 14.

cap. 5.

August. de

vera &

fals. penit.

Idem. l. 2.

de veritat.

infirmor.

c. 4.

libr. 50.

Homil.

Hom. 49.

c. 3.

Hieron. in

16. Matt.

modiore via quam ipsius peccatoris
relatione fieri potest.

Hæc sunt in quibus hoc sacrame- *Effectus*
cōsistit; nunc eius effectus cōsideret, *sacramentū*
& videam⁹ quā efficax sit, vt nos à *penitentiæ*
his spiritualibus & morte animæ, ac
perpētua damnatione quæ sibi mutuo
succedūt, liberet: Primo itaq; vt docēt
Doctores, confert hoc sacramētū gra- *1.*
tiā, qua omnia peccata post baptismū *D. Thom.*
commissa delentur, simulque bona *p. 3. q. 86.*
opera præteritis peccatis mortua reui- *4. 6.*
uiscere facit: Secūdo, penā æternā, cui
propter delicta obnoxij dramus, in *2.*
tēporalē cōmutat: Tertio, mirū in mo-
dū cōsciētīā peccatoris, omnē scrupu-
lū & anxietatē eximēs cōsolatur. Atq;
his summarīē pænitiētiæ & cōfessionis
fruct⁹ & effect⁹ denotauimus; vt tamen
luculētī⁹ Sacramenti hui⁹ dignitatē, &
Institutoris sapiētīā perspiciam⁹ cōsul-
tum mihi videtur, singulatim singulos
diducere ac declarare.

Sciendū itaq; est, quod per cōfessionē *Declaratio*
sacramētālē is, qui post baptismū ini- *predicto-*
micus Dei factus fuerat, & in seruitu- *rum.*
tem diaboli reciderat, filius & amicus
Dei reddatur & à seruitute diabolica
denovo vendicetur. Magnum pro-

fectò miraculum, quod non facile fructu
 dictione aut cogitatione assequi mor
 sumus: Magnum aliquid est uniuersum bon
 hunc mundum condere, & ex nihilo valo
 procreare, multò tamen maius est tern
Astor. 17. pius iustificare Atheniensium Ar
 dit. pagite S. Paulum resurrectionem Con
 tuorum annunciantem derideba ben
 eò quod eà impossibilem, sicuti cun num
 miraculum est, arbitrarentur; Si ita bon
 magni miraculi loco habendum val
 ad mortuum corpus animam, vitam dan
 redire; quantò maius erit animam p
 peccatum iasa mortuam ad vitã gra nar
 suscitari, cum maior sit distantia pe nar
 cati à gratia, quam mortis à vita. No tio
 lus itaque negare poterit, virtute era
 huius sacramenti, qua ordinariè, ta que
 extraordinarium summeque miran ne
 effectum operatur, efficacissimame ho
 se. Et quid dico? Non solum resuscit ab
 animam peccatis mortuam, sed etiam pu
 vt supra tetigimus, omnia bona op cra
 ra per peccatum destructa, restaura po
 atque viuificat. Vbi aduerte peccatu
 simile esse vermi, qui radicem alic iu
 ius arboris rodit; sicut enim destruct bu
 radice consequenter omnes ramos ti
 fructu

*Reminis-
 cētia me-
 ritorum.*

fructus corrumpit; ira etiam peccatū
mortale extinguens gratiam, omnia
bona opera, quæ ab ea procedunt, &
valorem habent, delet, & ad vitam æ-
ternam promerendam inutilia red-
dit. Huic vermi & malo sacramentum
Confessionis occurrit, remedium præ-
bens; ipsum enim iam illatum dam-
num, extincto corrasore, reparat, &
bonis operibus pristinum vigorem, &
valorem ad beatam vitam promeren-
dam restituit.

Quod verò ad commutationem pe-
narum pertinet, aiunt Doctores, pœ-
nam æternam, perpetuamque damna-
tionem, quam homo peccando meru-
erat, eo ipso in temporalem mutari,
quo ei per sacramentalem absolutio-
nem gratia confertur; per hanc enim
homo fit amicus Dei; tantum autem
abest, ut Deus amicos suos æternum
puniat, ut illis ipsis virtute huius sa-
cramenti magnam partem pœnæ tem-
poralis remittat.

Et hi duo primarij, & præcipui hu-
ius sacramenti effectus sunt; ex qui-
bus tertius resultat, scilicet conscien-
tiæ quies, gaudium interius, & certa
spes

*D. Thom.
p. 3. q. 89.
a. 4.*

*Idem. p. 3.
q. 86. a. 4.*

spes salutis; quamdiu enim quis peccatum suum occultat, inimicus D
manet, & poenae aeternae subiectus, quo turbæ magnæ, & anxietates tur
ræ, in animo hæc mala imminen
perpendentis oriuntur; Nam vt in
Sapiens, *cor nequam grauabitur in delictis*: quod confirmat D. August. ca
ita Deum alloquitur, *Domine iustificati
vere ita est, vt omnis inordinatus affectus
sibi met sit poena*: Hinc magni illi peccatores, vt experientia docet, in tantis
anxietatibus viuunt, vt quidam eorum desperent vt Cain; alij violentas manus
met manus inferant, vt Iudas: cum
men è contrario, qui peccata sua
bitè confessi sunt, spem salutis deum
concipiant, interius animæ gaudium
& tranquillitatem recipiant: Illos
fos appello qui hæc aliquando experi
ti sunt, & quotidie experiuntur; hi
nim integrè confessione peracta, con
scientiam suam ab omni anxietate
perturbatione liberatam sentiunt
gaudent.

*Confessio
morbos
sanat, de-
monem
fugat.*

Quid ergo? suntne hi omnes Penitentiae effectus? Non; scio enim multos dicturos se sacramentali confessio

one expiatis, aut magnū aliquē mor-
 bum euasisse, aut grauem diaboli ten-
 tationem superasse, aut etiam ipsum
 diabolum de obsessio corpore exegis-
 se: Et quamuis ij qui experti hæc sunt,
 vel negarent hæretici, vel tacerent in-
 grati, vnusquisque tamen nostrum hæc
 scit, & videt; Si enim ex antiquitate
 exempla quærimus, legimus S. Spiri-
 donem Abbatem, cum iunior adhuc
 esset, ita Gula tentari solitum, vt fre-
 quenter furto sublatum panem, secre-
 to voraret: Cum autem peccatum hoc
 Superioribus indicasset, & confessus
 fuisset, ab omni tali tentatione liber
 enasit. Simile quid de bona quadā mo-
 niali reperimus, Cum enim casta &
 deuota virgo vehementissimis carnis
 stimulis infestaretur, multis precibus,
 & maxima vitæ austeritate molestias
 illas fugare se posse sperabat; cum ta-
 men hoc ipsi parum prospere succe-
 deret, consilium ei datum est, vt inre-
 gram totius antea actæ vitæ confessio-
 nē faceret; fecit, & quāuis diabolus vi-
 sibili specie apparens, eā alio diuerte-
 re niteretur, ad sacerdotē p̄gēs, tota-
 liter confessa est, & importunas illas

*Cassian.
 collat. 2.
 cap. 11.*

*Cesari 112.
 l. 3. c. 13.*

tenta-

tentationes in posterum nō sensit: Sacramentum itaque Confessionis frequenter victoriam aduersus tentationes diabolicas obtinuit: Neque tam multo rarij alios à morbis corporibus liberauit: Resert Gregorius

Greg. Tur. ronensis Diaconum quendam peccatum suum obstinate ac malitiose negantem, in extremam infirmitatem incidisse; confitentem autem subitum conualuisse: & S. Bonauentura narrat, quendam, qui visum peccando amiserat, confitendo recepisse; & S. Bernardus scribit, Sanctum Malachiam euegumenam Sacramento Confessionis expiasse, & Dæmonio liberasse.

Confessio dulcis medicina. O bone Iesu, quam admirabilis est dulcedo tuæ prouidentiae, qua nobis hoc sacramentum, vt antidotum mortis spiritualis, remediū sanitatis corporalis, effectiuum pacis interioris contulisti? Dulcedinem dico, nam medicina, quam prestas, grata, dulcis & facilis est: Cum enim ante huius sacramenti institutionem, vt quis peccatorum suorum remissionem confiteretur, necessarium fuerit perfectam contritionem elicere, ac summum dolorem

lenfit: Scio quosdam dicturos molestum
 ionis fr esse peccata sua secreta homini mor-
 tentati tali pandere: quos ego quidem roga-
 ue tamen tos vellem, An non magis molestum
 corpori fit conscientie inquietudinem perfer-
 orius T re, maximosque poenitentiae, & satisf-
 m pecc factiois labores subire, quos pro ex-
 tiose m piatione peccati prestare teneremur,
 mitate m nisi hoc sacramentum auxilio & sub-
 m subiduo nobis esset. Quis autem infirmus
 ra narra est, qui non libenter etiam secretissima
 o amife vlcera medico pandat, vt sanetur? quis
 Bernar reus, non aueat crimen iudici confiteri,
 am ener vt absoluat? *Tantum enim releuat con-*
 fessio delictum, quantum dissimulatio ag-
 se. grauat, vt inquit Tert. & alib: *Cum ac-*
 bilis et cusat excusat, cum condemnat absoluit.

Scio quosdam dicturos molestum
 esse peccata sua secreta homini mor-
 tali pandere: quos ego quidem roga-
 tos vellem, An non magis molestum
 fit conscientie inquietudinem perfer-
 re, maximosque poenitentiae, & satisf-
 factiois labores subire, quos pro ex-
 piatione peccati prestare teneremur,
 nisi hoc sacramentum auxilio & sub-
 sidio nobis esset. Quis autem infirmus
 est, qui non libenter etiam secretissima
 vlcera medico pandat, vt sanetur? quis
 reus, non aueat crimen iudici confiteri,
 vt absoluat? *Tantum enim releuat con-*
 fessio delictum, quantum dissimulatio ag-
 grauat, vt inquit Tert. & alib: *Cum ac-*
 cusat excusat, cum condemnat absoluit.

D. Thom.

p. 3 q. 79

a. 3. q. 1.

80. a. 4.

Cōc. Trid.

sess. 4.

cap. 4.

De diffi-

cultate cō-

fessionis

obiectio.

Origen.

Hom. 2.

in psal. 37.

Tertull. de

Poen. c. 9.

Pudor est coram hominibus peccatorem se confiteri: Fateor, æquum tamen est, & rationi consentaneum, ut ab homine plenus pudore veniam postulet, qui absq; rubore Deum offendit. *ibid.* de Tertullianus. *Ne tu verecundiamus: inquit, ad delinquendum expande frontem, ad exprecandum verò subterfuge.* *Cur Deus confessionē præluserit.* cens ego rubori locum nō facio. Ideo quod ne peccator facilius recideret, eadem que peccata multiplicaret, si impunito omnino euaderet, & absque vlla difficultate vineam obtineret, voluit Deus hanc qualemcunq; pudoris amaritudinem interspergere. Et quia omnes hæ rationes cessarent, sola utilitas quā poenitens ex hoc Sacramēto consequitur, efficeret ut istam ignominiam libens deuoraret: eo ipso enim quod peccata sua & defectus cōfessario tradidit, quā spiritali medico, & Patri enarrat, actum humilitatis exercet, & prout peccatorū remissionē augmentat, meriti, & pænæ debitæ decrementum obtinet: simulque bonis admonitionibus & salutaribus remedijs, ut peccata euitet, virtutes autē adipiscatur, præmunitur. Illud verò maximè nota

peccat
am tam
, vt ab
postul
adit.
cundia
xpanda
erò sub
Ideo q
t, eade
impu
vlla d
, vol
idori
Et qui
vtilit
éto co
minia
nim q
ario ta
tri ena
, & pr
gméer
nentu
onitio
vt pe
iscatu
né nota
eu

tn & consideratione dignum est, quod homo hoc tali quali pudore, æternam illam ignominiam, & confusionem coram omnibus hominibus incurrendam declinet. Vnde Tertullianus. *Si de Exemologesi retracta gehennam in corde considera, quam tibi Exemologesis extinguit, & pœna huius Magnitudinem imaginare, vt de remedij adoptione non dubites.* Remedia quæ veteris Testamēti homines pro peccatorum suorum expiatione adhibebant, & difficiliora erant, & magis pudori exposita: publice enim expiatoria illa sacrificia peragebantur, quibus se huius, vel illius criminis reos fatebantur, plurimaque peccata determinata sibi sacrificia habebant: Quod sanè nobis faciendum non est, sufficit enim ea secretò Sacerdoti intimare: Taceant ergo qui confessionem nimis difficilem clamitant, & arguunt.

Tert. de
Pœnit. 6.
11.

Nos autem Deū laudemus, & gratias Domino Deo nostro ac Saluatori Iesu Christo agamus, quod pœnitentiæ opera ad eò leuia fecerit, & facillimum modum se à peccatis ac morte æterna expediēdi, instituerit: Premissa diligenti

*Conditiones
bonæ con-
fessionis.*

diligenti conscientia nostræ discul-
sione frequenter confiteamur, peccata
nostra absque vlla occultatione, ac
excusatione. accusemus. Clauibus Ec-
clesiæ nos subiiciamus, iniunctamque
satisfactionem adimpleamus. Sum-
mo perè autem in eadem peccata, ma-
ximè mortalia, recidere caueamus.
Nam vt sanctus quidam Doctor ait,
*la est vera penitentia: qua peccata pro-
rita deplorat, & deplorata in posterum
non committit.*

*Nunquam
aut male
confitentur
damna.*

Qui semel tantum in anno, idèq; le-
uiter, aut cum exiguo, aut nullo dolo-
re confitentur, aut quod peius est, hu-
mano pudore præpediti quædam pe-
cata celant, aut penitus in eisdem morta-
permanent, & maximo suo malo hoc
remedio, quod eorum saluti destina-
uerat Deus, privantur: aut saltem de-
bitum eius fructum non consequuntur.
Illi autem qui subinde confitentur, &
hoc Sacramentum frequentant ordi-
naria gratia & charitate viuunt,
bonisque suis operibus, mercedem vi-
tæ æternæ promerentur. Atque hæc
de Sacramento, quod Christus pro
tempore huius vitæ tanquam medici-

nam

nam peccatorum instituit, dicta sufficiant: Nunc autem videamus quod remedium nobis contulerit, quo in extremo mortis articulo adiuuemur.

Decebat sanè bonitatem capitis familiaris nostræ, domesticos suos in periculo illo mortis agone non deserre, eosue suo auxilio destituere. Ut itaque nobis etiam hoc tempore adesset, Sacramentum Extreme Vnctionis instituit, ita appellatum, quod infirmis sacro oleo inunctis, & morti proximis conferatur. Neq; de hoc potius, quam de alijs sacramētis dubitare licebit, cum Ecclesia in generalibus Concilijs congregata definierit, Extremam Vnctionem, vti cetera Sacramenta à Christo institutam esse. Si quis tamen amplio rem probationem desideret, sciat hoc sacramentum Christum significasse, cum misit suos discipulos binos, qui exeuntes prædicabant, ut agerent penitentiam, & demonia multa eiciebant, & ungebant oleo multos ægros; Sanctum Iacobum disertis verbis illud promulgasse cum ait. *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesie; & orent super illum, ungentes eum*

E 7 oleo

De Extreme Vnctione.

Cōc. Trid. Sess. 14. c. 1. & can. 1. & 2. de Extr. Vnct.

Mat. 6.

Iacob. 5.

oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & si in peccatis sit remittetur ei: Hoc ipso enim quo dicit, quod peccata ei remittentur, sufficienter declarat, hanc Vnctionem, tam esse verum Sacramentum, quam Baptismus est.

Dionys. de Ecclesiast. Hierar.

Chrysof. de Sacerd.

Ambros. de his qui inuitantur.

Gregor. Homil. 39. in Euang.

Incōmoda moriensium.

Jacob. 3. Prom. 24.

Jacob. 3. Prom. 24.

Jacob. 3. Prom. 24.

Jacob. 3. Prom. 24.

Jacob. 3. Prom. 24.

Jacob. 3. Prom. 24.

Jacob. 3. Prom. 24.

Jacob. 3. Prom. 24.

Jacob. 3. Prom. 24.

Jacob. 3. Prom. 24.

Jacob. 3. Prom. 24.

Jacob. 3. Prom. 24.

Jacob. 3. Prom. 24.

vt antiquiores Patres, Dionysius reopag. Chrysof. Ambros. & Gregor. concludunt, quorum verba ad aliam properas non refero, vt fructus & utilitates huius Sacramenti explicem, & bonitatem Saluatoris nostri Iesu Christi, qui nos hac gratia donauit, demonstrarem.

Magnitudinem utilitatis communi schemate representare nequimus, quam si mala & incommoda, quibus homo in ultimo mortis articulo affligitur, & à quibus huius Sacramenti beneficio eximitur, consideremus. Mala autem, quæ post peractam Sacramentalem confessionem inter alia non premunt, sunt: multitudo peccatorum venialium, & ex peccato in anima remanens quædam debilitas, & languor spiritualis: Nam, vt inquit Iacobus, *In multis offendimus omnes. Et Sapientis: Septies cadet iustus, id est sapiens.*

Non

Non itaque omnia omnino minutissima peccata venialia per confessionem expiantur, sed in magno subinde numero, adhuc expianda reseruantur; Et debilitas, seu ex peccatis prioribus causata infirmitas, magno incommodo morientes afficit. Quemadmodum enim, qui ex corporali morbo conuauerunt, aliquamdiu adhuc infirmi, & laboribus sufferendis idonei, perseverant: ita etiam, qui à peccato mortali liberatus est, debilis manet, & minus dispositus, ad aduersitates spirituales perferendas. His autem malis remedium affert Extrema Unctio; nam peccata venialia residua delet, & peccatorum reliquijs, id est, præfatæ infirmitati medetur, infundens in super animæ vigorem quendam difficultates morborum perferendi, & eam aduersus mortis, & extremi iudicii apprehensionem præmunit. Si enim, ut Philosophus inquit, *terribiliū omnium mors sit terribilissima*, mirum non est, quod terrores magnos ei, cui iam ob oculos versatur, incutiat? Nam de ipso

Christo

- Christo in Euangelio dicitur, quo
cum in hortum Oliuarum venisset, & Hier
perit pauere, contristari, & mœstus esse tē eg
Luc. 22. Metus itaque imminentis iam mortu ritū e
grum vehementer territat, & mult times
to magis futuri Mūcij & damnatio Septu
nis apprehensio; vt pulchrè, fuseque & m
Cyrill. A- deducit Cyrillus^p Alex. vbi ait, Nihil pecc
lexan. accusatoribus eget Iudex ille, neque testi & co
Homil. bus, neq; probationibus, neque demonstra cum
10. de exi- tionibus: Sed quaecunque fecimus, dixi hori
Anima. mus, decreuimus, ea in medium adfert in
oculos nocentum; tum nullus est, qui adfir ctio
qui pœnis eripia. solus reus ex factis su nial
absoluentem, aut condemnantem sustine um
Gregor. l. sententiam, Hæc ille: Et S. Greg. Greg. que
24. Mor. cit pavor vicina retributione iustitia, & suo
6. 7. urgente solutione carnis, quanto magi que
districtum iudicium iam iamque quasi ta tali
gnur, tanto vehementius formidatur: Et gul
si ea quæ sciunt nunquam se prætermisiss, adh
meminerunt, formidant tamen ea qua inini
nesciunt, quia videlicet se ipsos dyadica ter
re & comprehendere omnino nō possunt it,
atque urgente exitu subtiliori metu ter vlt
rentur: aded vt cum propheta dicant, da
Psalm. Nō intres in iudicium cum seruo tuo, quia om
142. non iustificabitur in conspectu tuo omni & f
viuent.

S. *viuens*. Vnde de S. Hilarione refert Hieron. Quod morti vicinus trepidā-
 tē egredi animā his verbis, in quib. spi-
 ritū exhalauit, animauit. *Egredere quid
 times? Egredere anima mea: quid dubitas?
 Septuaginta annis prop̄ seruisti Christo,
 & mortem times?* Nihil itaq; noui est, si
 peccatorum animā mortem timeant,
 & coram Deo comparere vereantur,
 cum etiam sanctorū animæ mori per-
 horrescant. Sed quale remedium huic
 infirmorū timori affert *Extrema Un-
 ctio*. Magnum sane. Deletis enim ve-
 nialibus peccatis, & absterfis mortali-
 um reliquijs animam cōfirmat, firma-
 que spe roborat, qua se Deo Creatori
 suo & Redemptori gratam acceptam-
 que venturam confidit; quod ipsa
 tali tempore magna cōsolatio, & sin-
 gulare Dei beneficium est. Verum cū
 adhuc alia pugna aduersus infernalē
 inimicum restet, qui toto vitæ nostræ
 tempore tanquam leo rugiens circu-
 it, quærens quem deuoret, & in hoc
 ultimo mortis articulo quo tota præ-
 da aut rapienda venit, aut amittenda,
 omnes neruos intendit, vt infirmo sp̄
 & fiduciam eripiat, & desperantem in
 æternæ

*Hier. in
 vita Hi-
 larian.*

*Effectus
 Extrema
 Vnctionis.*

*Tētationes
 diabolicas
 reprimat.*

æternæ damnationis barathrum de-
 ciat. Cum inquam hæc pugna recte
 speciali Dei protectione, quæ per hoc
 Sacramentum confertur, opus est: quod
 enim in hoc conflictu furiosus fit, ut
 ex eo patet, quod de sanctissimis quibus-
 dem viris parcat. Nã vt Seuerus Sulpicius
 narrat paulò ante obitum in tetera
 ma forma B. Martino Diabolus appa-
 ruit: Et scribit Climachus, quod simi-
 formæ spiritus, cum Monachum quorundam
 Stephanum nomine, qui quadraginta
 ginta annos in Dei seruitio sanctissime
 mè vixerat, morientem cerneret, accessit,
 annisq; fuerit monachus, in despera-
 tionem propellere; omnia peccata ei ob
 oculos ponens; imò etiam de nunquam
 perpetratis malis se accusans. Quod autem
 amplius eò impudens eius furor prorupit,
 filio Dei non pepercerit: Ait enim illi
 de seipso. *Venit princeps huius mundi,
 & in me non habet quicquã.* Si itaque
 sanctos, & sanctum sanctorum Iesum
 Christum, tali tempore lacefferet, quomodo
 in homines, eosque infirmos, & morbo
 pragrauatos incurret, & quomodo non
 superabit, nisi diuinitus.

*Seuer. in
 Vita S.
 Martini.
 Climachus
 de 30.
 Gradibus
 grad. 7.*

Luc. 22.

no auxilio adiumentur? O admirabile
 prouidentiam Saluatoris! O immen-
 sam bonitatem quam familiae suae fi-
 lijs ostendit Deus! Quodnam praesen-
 tius huic malo remediū, tam oportu-
 no tempore, quam Sacramentum Ex-
 tremæ Vnctionis conferre potuisset
 hoc enim ægri confortantur & inimi-
 ci infernalis vis, impetusque reprimi-
 tur, ac debilitatur.

Rationi itaque congruum est, vt tã-
 tum beneficium grati agnoscamus, e-
 oque tempore & loco opportunis vta-
 mur: diligentē curam adhibeamus, vt
 Sacramentum hoc integris adhuc iu-
 dicio & sensibus suscipiamus, neuti-
 quam ultimā horulā operiamur, ma-
 ximè cū aliquando, (vbi egro ita expe-
 dierit) sanitatem restituendi vim ha-
 beat. Vt patet ex verbis Iacobi cū ait,
*Et oratio fidei saluabit infirmum, & alle-
 uiabit eum Dominus.* S. Bernardus in Vi-
 ta Malachiae exemplum huius rei,
 planè simile illi, quod de confir-
 matione diximus, refert: cum
 enim hic Sanctus ægram, cui
 SACRAMENTVM Vnctio-
 nis conferre distulerat, mortuum
 vide-

*Sanitatem
 corporis
 restituit.
 Iacob. 5.*

*Bern. in
 vita Mal-
 lach.*

videret, nō destitit plorare, ac lacrimari, donec eam resuscitasset: Cum autem resuscitata adhuc infirma permaneret sacro oleo eā inunxit, & ab omni morbo liberavit, adeo ut multos annos postea superuixerit. Longè autem ter accidit illi, qui stulta quadam perniciofa opinione inductus, dicebat se nolle hoc Sacramētū suscipere cum eo suscepto homines ordinarij mori soleant: neglexit itaque, & tamen mori non destitit, post mortem autem Deo ita disponente uiuis apparuit, dixitque, quod neque mortuus, neque in missimi purgatorij pænis additus fuisset, si illud sacramentum suscepisset. Docent igitur ista exempla, quanta Sacramentum Extremæ Vnctionis facere debeamus, & quanta diligentia ad vigilare oporteat, ut illud tempestiu suscipientes, aut felicius de hoc seculo emigremus, aut ad pristinam sanitatem à morbo ad mortem nos deducente, reuertamur; sacro oleo quotiescunque morbus morti nos proximauerit, inungamur. Maxime autem tem confessionis procrastinationem caueamus; quotiescunque in peccatis

*Comm.
Præd.*

catum mortale incidimus, siue sani, siue a gri, quamprimum ad confessionis remedium recurramus, vt recuperata gratia participes reddamur cibi illius videntium, qui est panis Angelorum, factus cibus Viatorum, non mittendus canibus. De quo nunc dicendum erit,

Sequēt. de
Vener. Sa-
cram.

CAPVT VNDECIMVM.

De cibo illo diuino quem Iesus Christus pro filijs suis, & Domesticis instituit.

DEVS summè potens, & infinitè sapiens, qui omnia disponit fortiter, & suauiter, cum bestijs vitam alterationi, ac diminutioni obnoxiam dedisset, vnicuique iuxta suam speciem, de aliquo alimenti genere prouidit: Homini autem, quem omnibus animantibus præfecerat, præter varia alimentorum genera, fructum quendam dedit, qui suo tempore sumptus, hominè non solum alere, sed etiam immortalem reddere potuisset: Et hic erat fructus ligni vitæ, quod plantatum erat in medio Paradisi; ex quo ei semper vesci licuisset, nisi seipsum de statu illo felicissimo

Sap. 8.

Genes. 3.